



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita B. Matris Teresæ, De Iesv Fvndatricis Monasteriorvm
Monialivm & Fr. Carmelitarum discalciatorum ex prima
regula**

Ribera, Francisco de


Moguntiaë, 1603

Vita Matris Teresæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43365

VITA MATRIS

TERESÆ.

 Ptarem, vt sicuti mihi deman-
datum est, & data plenaria,
licentia describendi orationis
modum, & gratias mihi à Do-
mino datas, etiam ex eadem mihi concess-
sum esset, minutissimè, & clarè peccata
mea referendi; id quod magnam mihi ad-
ferret consolationem, sed talis mihi licen-
tia potius limitata est: hinc per Dei amo-
rem rogo omnes, vt qui vitæ meæ discurs-
sum legent, præ oculis vitam meam antea-
tam habeant, quæ talis fuit, vt hætenus
nullam alicuius sancti, qui ad pœnitentiam
rediit historiam inuenerim, ex qua conso-
lari potuerim. Considerando enim illorum
vitam, non inuenio, quod, postquam à
Deo vocati fuerunt, denuò Deum amplius
in tantum offenderint; Vbi ego non solum
peior sum effecta, sed potius vt mihi vides-
tur, restiti & renui habere gratiam à sua

B 3

Maies

Maiestate mihi concessam, ita quod cum
me magis, magisque viderem obligatam
ad seruiendum suae diuinae Maieitati, eo mi-
nus id quod debebam persoluerim. Sit be-
nedictus semper, qui in tantum me expe-
ctauit; quem modo suppliciter rogo, vt su-
am mihi gratiam contribuere dignetur,
quò in Veritate & claritate referam, quod
mihi mei confessarij per obedientiam man-
darunt, cum id etiam Dominus ita fieri
voluerit, verum non audebam. Faxit vt
sit ad Dei gloriam & laudem, quò meae
sorores cognoscendo debilitatem meam in
eum finem me adiuuent, vt Deo aliqua ex
parte, prout debeo, in seruiam, qui ab
omnibus creaturis sit benedi-

ctus semper, Amen.

(::)

VITA